

hereditatem Caroli adiverit ab intestato, & tanquam haeres ab intestato curaverit in sui faciem transferri loca Montium Urbis hereditaria, quia (praeter quod terminis intestati non est totaliter ablonus a successione generis, de qua agitur, ex superius adductis mixtae inter testatum, & intestatum) cuncta cessant ex eo, quod Nicolaus solus, donec in humanis egit, in hereditate patris accessit, & aequo potius fuit, exclusis Sororibus, quae alias praeservata a patris dispositione in bonis Statuto Januae non subiectis succedere debuissent; Observantia enim, quae secum trahit substantiam rei, & eius effectum praefert debet ei quae sinit in nomine, sive verbis, ad Text. in cap. Dilcti; ubi Glo. in verb. Facto de appellat. Rota dec. 169. n. 71. & dec. 328. n. 10. p. 10.

Denique non obstant auctoritates in oppositum cumulatim, nam quatenus pertinet ad iuris sanctiones, Textus in l. Si quis ita 82. ff. de haered. instit. loquitur in casu, quo legitimus haeres fuerat simpliciter in conditione positus, qui non dicitur dispositivus vocatus, cum quae sunt in conditione, non sint in dispositione, ut declarat Imol. in dicta leg. sub. num. 3. Alciat. consil. 21. num. 4. lib. 1. & consil. 6. num. 2. lib. 7. Rimin. jun. consil. 21. num. 11. & seqq. lib. 1. Casanatt. consil. 46. nu. 15. & Textus in l. Qui autem, §. Plane, & §. Non simpliciter, ff. si quis omis. casu Testam. loquitur in casu, quo defunctus causam testati specificè contradistinxerat à causa intestati, volens legitimum haerem in Testamento scriptum etiam ab intestato succedere. Quo verò ad scripta Doctorum Scharid. in l. nostra 30. prope fin. C. de Testam. hoc solum ait, quod scissio seu laceratio Testamenti facta, ut bona perveniant ad haereditatem ab intestato, vitiat ipso iure tam institutiones, quam legata contenta in Testamento scisso, seu lacerato. Et Dec. consil. 182. una cum Soc. jun. qui in eadem causa contrarium consilium conf. 124. l. 1. disputant solum articulum, an legata relicta in ultimo Testamento, debeantur stante

clausula derogatoria apposta in prioris revocatione, non autem an voluntas, quod succedant venientes ab intestato patefacta in Testamento revocatione sit solum permissiva, vel etiam dispositiva, praesertim quando (quod fundamentum est in hac causa semper ante oculos habendum) diversimodè contemplata, ac volita fuit ab intestato successio, quam cessante hominis declaratione, seu voluntate futura fuisset de re communi.

Et ita in reliquis approbando deducta in praecedentibus decisionibus bo. me. Cardinalis Matthaei, ac R. P. D. mei Pii, omnibus suffragantibus decisum fuit &c.

R.P.D. URSINO DECANO.

Firma Successionis.

Merc. 4. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

In Hereditate Fraternali aequaliter Fratres & Sorores Jure succedunt quacumque sexus sublata differentia. Statutum exclusivum feminarum quod vel tantum excludat à successione dotantis, vel non disponat quod nica dotatio sufficiat pro universalis successione vires non porrigit ultra Dotantis Hereditatem. Statutum Urbis quod ab universalis exclusionem non comprehendit forenses cum requiritur utraque subiectio Personarum & Bonorum seclia quilibet conjunctione Statutorum, ut unum supplet defectum alterius pro feminarum exclusione ad casum Dff. IV. de Success. Card. de Luca Statutum Urbis feminarum exclusivum non comprehendit personas Ecclesiasticas & licet f. m. Innocentius XI. extenderit virtutes Statutorum in hac parte ad quacumque personas etiam privilegiatas, attamen Constitutio non attenditur quoad Hereditates delatas ante illius editionem.

SUMMARIUM.

- 1 Fratres, & Sorores succedunt aequaliter in Hereditate praedefuncti fratris.
2 Statutum excludens feminas ab Hereditate Dotantis

vel non disponens unicam dotem sufficere pro universalis exclusionem non extendit eius vires extra Dotantis Hereditatem.

- 3 Sub Statuto feminarum exclusivo non includuntur forenses, cum exigitur utraque subiectio Personarum & Bonorum seclia quilibet conjunctione Statutorum, ut unum supplet defectum alterius pro feminarum exclusionem.
4 Statutum non comprehendit clericos & Personas Ecclesiasticas si de illis expresse non loquatur.
5 Constitutio f. m. Innocentii XI. Statutorum declarativa, & extensiva ad quascumque Personas privilegiatas non habet locum quoad Hereditates ante editam Constitutionem delatas.
6 Renunciations ut odiose stricto Jure sunt intelligendae ita non comprehendant hereditatem ab intestato deferendam.
7 Renunciatio favore certa Personae emissae per illius praedecessum evanescit.

DECISIO XX.

Aspirante Monasterio S. Laurentii Terrae Amandulae pro una ex quinque partibus ad successione intestatam Marini Contucci sine filiis defuncti, ex persona Veronicae ejus sororis, in dicto Monasterio Professae, Judicium Immissionis, vigore interdicti quorum bonorum instituarit coram Eminentissimo Thaurusio, tunc A. C. Locumtenente à quo voti factus compos, hodie coram me consimilem favorabilem obtinuit resolutionem, sub dubio, quod disputari curavit, an sit concedenda immissio. Habet quidem Monasterium ex persona Veronicae sororis intentionem fundatam pro commissione assequenda, quia cum Marinus sine filiis abintestato decesserit, jus succedendi in ejus Hereditate pro aequali devolvitur ad fratres, & sorores superstantes, quacumque sexus sublata differentia, ad notissimos Textus in autb. Cessante, & in autb. post fratres C. de legit. Hered.

Nec ad arrendum à successione Monasterium, ex persona sororis relevabat vel statutum Amandulae lib. 2. rubr. 20. excludens feminas dotatas, vel alterum Urbis nostrae cap. 146. consimilem continens exclusionem, quia illud, cum tantum excludat ab hereditate dotantis, nec disponat unicam donationem sufficere pro universalis exclusionem ad firmata in terminis hujus statuti per Rotam decif. 273. numero 2. pari. 15. recent. vires non porrigit ad casum nostrum, in quo non agitur de hereditate dotantis, sed fratris, qui non dotavit nec dotare tenebatur stante superstantia Marini Patris.

Statutum verò Urbis dicto cap. 146. nec est operativum in Thematè, quia, cum Veronica, ac ceteri fratres excludentes, excepto unico Donato Curiam sequente, essent forenses, nec subditi Statuto, apti non sunt comprehendendi sub exclusione statutaria, cum ad illam verificandam omnino requiratur utraque subiectio personarum, nempe bonorum seclia quilibet conjunctione Statutorum, ut unum supplet defectum alterius pro feminarum exclusionem ut relatis concordantibus plenissime Rota coram Merlin. decif. 353. numero 40. & sequentibus & decif. 412. numero 9. & pluribus sequentibus parte 16. recent.

Idque potissimum in praedictum Monasterium A. Doris, quia Statutum Urbis in hac parte feminarum exclusivum, ex defectu voluntatis, Personas Ecclesiasticas non comprehendit, cum de illis non loquatur, nec facta sit illorum explicita, minusque verbalis expressio, prout opus esset ad hoc, ut dispositio statutaria ad Clericos ceterosque exemptos traheretur; juxta communem opinionem de qua Rota coram Bichio decif. 625. per tot. & in recent. decif. 404. numero 16. & in decif. 328. numero 6. & sequentibus & decif. 753. numero 2. & sequentibus parte 18. & alibi passim.

Haud refragante Constitutione san. mem. Innocentii Undecim Statutorum declarativa, & extensiva ad quacumque personas privilegiatas, quia cum illa ex tenore litterarum veriticari debeat in successoribus imposterum, & post praesentem publicationem aperiendis, & deferendis, vigere non debet in hereditate delata anno 1669. per mortem Marini, & sic longe ante dictam Constitutionem, ut in terminis dixit Rota in Romana hereditatis 27. Januarii currentis anni §. Etenim Maria Anna, coram R. R. D. meo Pio.

Pro.

Prout etiam non resisit renunciatio emissae à Veronica ante professionem, tum quia ex tenore renunciatio ab informantibus apparebat tantum restricta ad bona praesentia, nulla facta mentione de rebus habentibus causam de futuro; quorum proinde restituere operari non valet, cum renunciations uti odiose, & stricti Juris intelligantur semper de bonis praesentibus, ac de Juribus de praesentio, nunquam autem comprehendunt hereditatem ab intestato deferendam, & cujus nulla spes aderat de tempore renunciations, juxta sensum originalem Bartol. in l. qui Roma §. duo fratres num. 19. in medio ff. de Verborum obligatione, 6. Torr. de palli lib. 2. cap. 40. n. 23. & Rota coram Duno. Jun. dec. 346. n. 26. & sequentibus, tum etiam, quia praerebatur uti personaliter facta Marino Patri, & illius solum contemplatione. Ideoque praedefuncto antea apertam successione renunciatio evanuit, & renunciatio nihil obstat, ut tenent Theod. alleg. 36. n. 26. & 33. Manf. consil. 8. n. 20. Rota post Merlin. de legu. dec. 48. n. 13. & 17. & dec. 23. sub n. 6. & sequentibus parte 15. rec.

Et ita Monasterio informante, sororibus verò de Conventibus Reis Conventis dilationem postulantibus.

R. P. D. P I O.

Santi Severini Manutentionis.

Ven. 29. Julii 1695.

ARGUMENTUM.

Sub statuto feminarum exclusivo non comprehenditur Haereditas clerici, ita ut femina Statuto non obstante succedat ad materiam Dff. VI. de Success. Card. de Luca. Constitutio san. mem. Innocentii XI. quae Statuta etiam ad clericos extendit, non procedit in hereditate delata ante editam Constitutionem.

SUMMARIUM.

- 1 Possessor est in ejus possessione manutendus.
2 Judex injustè procedendo habetur adinstar Privati nec quemquam sua possessione expoliat.
3 Judex ad quem, cui commissa fuit causa cum clausula alteri cum facultate manutendi quem de Jure potest adversus factum Judicis injustum manutentionem concedere.
4 Successio aequalibus in pari gradu aequaliter est concedenda, sublata prolixius qualibet agnationis, seu cognationis differentia.
5 Statutum laicale quoad successione Hereditatem clericis non comprehendit.
6 S. mem. Innocentius XI. mandavit quod in universo Statu ecclesiastico singulorum locorum Statuta quoad successiones Personas Ecclesiasticas ligare debeant.
7 Praedicta Constitutio edita fuit ad effectum consulendi agnationis conservationi & masculorum favorem respicit.
8 Sub nomine Proximorum & Consanguineorum veniunt Masculi ac feminae.
9 Casus à Statuto omisus remanet sub dispositione Juris communis.
10 Statutum correctorium Juris communis ad litteram est recipiendum neque extendit debet de casu ad casum neque de persona ad personam.

DECISIO XXI.

Defuncto ab intestato Dominico Rodomonte, illius hereditas ex Censura Textus §. Si igitur il 2. vers. Injuncto dero Autb. de haered. ab insti. venien. in stirpe delata fuit Dorothee Sorori, Catharinae ex Severino fratre nepti, nec non Joan. Paulo, & Franciscæ de Burslettis ex Mercuria altera Sorore Nepotibus, qui omnes pro indiviso bonorum hereditarium possessionem Judicis auctoritate facti fuerunt Summ. num. 1. verum cum postea infurexerit Jo. Baptista ex d. Severino Dominici nepos, ac totam, & integram hereditatem sibi debere contenderet

Judicium Immissionis contra praefatos haereditas coram A. C. instruxit, & citatis tantum didis Jo. Paulo, & Franciscæ tertiae partis d. hereditatis possessoribus; sententiam favorabilem cum successiva relaxatione mandati de immitendo reportavit, quod statim contra praefatos de Burslettis executioni demandatum fuit, cumque interjecta ex parte eorumdem appellatio, Causa cognitio commissa fuerit R. P. D. Columnae, iste pravia revocatione Sententiae A. C. mandatum de manutendo favore A. C. torum concessit hinc ad provocationem Jo. Baptista Causa mihi per Signaturam Justitiae cum clausula Alteri cum facultate manutendi quem de Jure delegata, exquiri hodie à DD. An & cui sit danda manutentio, & Jo. Paulo, & Franciscæ Concedendam esse responsum fuit.

Idem siquidem docuerunt de eorum antiqua possessione legitime capta, in qua proinde manutenti debent ad Text. in l. 1. & tot ff. ut possidetis & in l. unica Instit. de Interdictis, & eaque minime privati fuerunt per d. mandatum A. C. cum Judex injustè, ut hic, procedens, habebat adinstar privati, nec quemquam sua possessione expoliat ex traditis per Grat. dec. 916. n. 1. Rot. dec. 307. n. 6. cor. Greg. & dec. 331. n. 2. & seqq. par. 19. rec. & adversus illius factum paisim conceditur manutentio, tamen Causa Commissa reperitur cum dicta clausula Alteri cum facultate manutendi, quem de Jure Nam de illius natura est nedum exequit onem faciendam suspendendae, verum etiam jam factam irritare, ubi minus legitime facta fuerit, Rota dec. 268. n. 17. par. 8. & 3 dec. 401. n. 7. par. 19. rec.

Quod autem Judicatum A. C. nimium aperta injustitia laboret, ex eo patet, quod imparitibus fuit immissionem Jo. Baptista in totam hereditatem Dominici, & tamen non nisi pro tertia illius parte concedi poterat; nam existentibus Jo. Paulo, & Franciscæ in pari gradu Dominico conjunctis eidem cogualis successio deberet sublata prolixius qualibet agnationis seu cognationis differentia, ut per Text. superius alleg. in §. Si igitur defunctus dixit Rota dec. 27. n. 13. & per tot. par. 1. rec.

Neque ad abstergendam manifestam Injustitiam maculam allegari meretur Statutum Civitatis S. Severini disponens sub rubr. 75. de succ. ab insti. l. 5. quod si aliquis vel aliqua intestatus, vel intestata decedat, bona devolvantur ad proximiores, consanguineos ex paterna, seu Avi Paterni linea descendentes, ex quo deducebatur totam hereditatem obventam fuisse in d. Jo. Baptista Dominici ex Severino germano fratre nepotem; Quoniam cum agatur de hereditate Clerici, eo quia idem Dominicus Sacerdotali carattere aderat insignitus, Statutum hujusmodi tanquam à Laicis conditum, aptum non est illius hereditatem comprehendere, sive Statuentium potestatem spectemus, sed quoque inspicimus voluntatem, quae à potestate metiri debet juxta celebrem d. 149. coram san. me. Alex. VIII. & in individualibus terminis hujus Statuti, articulo late ad partes discussio respondit Rota cor. Celfo dec. 248. per tot.

Et quamvis sa. me. Innocentius XI. ad dirimendas controversias in dies insurgentes super eo An sub Statuto Laicalibus Clericorum personarum, eorumque hereditates comprehenderentur, nec ne, provida sanciverit Constitutione impressa penes Card. de Luca de success. Statutar. fol. 3. quod imposterum in universo Statu Ecclesiastico singulorum locorum Statuta quoad successione personas Ecclesiasticas ligarent, illorumque hereditates comprehenderent perinde ac si quoad hoc eadem Statuta in specifica forma fuissent à Sancta Sede Apostolica confirmata; nihilominus non alia Sanctissimi Principis mens fuit in eadem constitutione edenda, quam quod consulendi agnationis conservationi, & masculorum favorem respiciendi in quos per conservationem bonorum familiae splendor adaugetur, ut expresse praeserentur verba illa. Cum itaque in nostra Urbe, penequò in omnibus alijs Civitatibus, Oppidis, & locis etc. ordinata sint Statuta, per que ut agnationum, & familiarum nobilitas, & decor mediantibus bonis conserventur, intestata successiones agnatis masculis, exclusi feminae, abique per eas cognatis intra certos respectivè gradus deferantur (atque rursus in alia parte dispositiva, ibi, decernimus & mandamus, ut in successibus imposterum aperiendis & deferendis illa Statuta generaliter, & indiscriminate prout jacent, ac disponunt ad favorem masculorum de agnatione in universo esse attendi & servari debeant, & clarius ibi attentis, solum, & generaliter naturalis qualitate agnationis, & sexus pro dicto fine assequendo etc.

Hinc





Lun. 7. Iunii 1694.

ARGUMENTUM.

Bannito acquiritur successio cum tantum Jura civitatis soleant deperdere, eoque magis si Bannum fuerit sequutum in vim sententiae contumacialis. Restitutus in gratiam Principis non censetur restitutus ad bona in Tertium devoluta. Ex plenaria Principis gratia Bannitus reintegratur ad bona ante bannum possessa, non vero ad successiones obventas inter Bannum, & Gratiam.

SUMMARIUM.

- 1. In foro Archiepiscopali Bononiae ex Constitutione Gregorii XV. ex duobus sententis conformibus iustis, ac validis re iudicatur.
- 2. Etiam si sententiae latae sint in Curia nec sint confirmatoriae, sed revocatoriae sententiae de partibus dummodo tamen in Curia processum non sit tanquam in prima.
- 3. Appellatio dicitur de appendicis illius instantiae cuius est sententia à qua appellatio interponitur.
- 4. Sententiarum conformitas resultat si una alteram confirmet.
- 5. Haereditas à Bannito non acquiritur.
- 6. Post emissam renunciationem amplius ad bona renuntiata non datur regressus.
- 7. Banniti nostri temporis ex simpliciter Banno Testamenti satisfactionem adire non possunt, & tantum Jura Civitatis ex lege municipalis praevientia perdunt non autem Jura sibi competentia de Jure communi.
- 8. Ex sententia in contumaciam lata Bannitus Jura successione non perdit, & n. 10.
- 9. Ex sola contumacialis sententia non subsequuta actuali apprehensione, seu honorum incorporatione incapacitas succedendi non incurritur, & n. 10.
- 10. Haereditas non extinguitur, vel extantibus, & incapacitatem retinentibus succedendi etiam ex statuto Bononiae femininarum exclusivo.
- 11. Bannitus in gratiam Principis restitutus dicitur quoque restitutus ad Jura successione.
- 12. Declara ut non procedat quando gratia non sit plenaria, & bona per Tertium retineantur.
- 13. Et iterum declara ut nec admittatur quoad successione medio tempore inter Bannum, & gratiam devolutam.
- 14. Translatio, & renuntiatio facta favore fratris non comprehendit bona alterius fratris etiam provenientia à Paterna, vel materna hereditate nisi de illis specialis mentio fiat, & n. 17.
- 15. Acceptatio legati pro omni, & toto eo quod legatarius praesendere potest non praevincit quoad successione debitam in bonis alterius quam Testatoris.

DECISIO XXV.

Non acquiescentibus Venerabili Hospitali S. Mariae Vitae Bononiae, & lris Confortibus binis Sententis Rotalibus, praevincit tribus uniformibus decisionibus latis à RR. PP. DD. Muto, & Molines immisionem concedentibus Comitissae Clementinae in medietate Dotis, & bonorum extradotalium Eleonorae matris, quae obvenit Co. Caesari Alexandro fratri ab intestato defuncto, Signatura Causam denud commisit cum recepto. Confinito de duobus, unde proposito per Me hodierna die dubio Commissioni conformi, Affirmative fuit responsum.

Moti sunt ad ita respondendum ab uniformitate Sententiarum, earumque validitate, & iustitia, quibus concurrentibus, locum sibi vindicat Constitutio Gregorii XV. mandans in foro Archiepiscopali Bononiae, ex duobus conformi-

formibus iustis, ac validis re iudicatur induci, ex aduclis Bononiae. fideicommissi de Gbuleris 2. Martii 1693. in princ. cor. bon. mem. Benincasa, & in Bononiae. Immisionis 26. Martii praedicti §. 1. cor. R. P. D. Muto.

Etiam si Sententiae praedictae late sint in Curia, nec sint confirmatoriae, sed revocatoriae sententiae de partibus, quia cum Rota non processerit tanquam in prima, prout in casu decif. 29. Dunozeo. Junior, sed per vim appellatationis à sententia de partibus, merito sententiae in ea latae regulari debent à Statuto, & Constitutionibus fori, ubi illis fuit inchoata, cum appellatio dicatur de appendicis illius instantiae, cuius est sententia à qua appellatio interponitur, ut in terminis d. Constitutionibus respondit Rota decif. 15. numer. 2. part. 18. rec. & in terminis Statuti eiusdem Civitatis decif. 154. n. 10. post Pacific. de Salvia. & apud Salgad. in labyr. decif. 75. n. 7.

Sententiarum conformitas resultat ex quo una alteram confirmat, DD. in Clement. prima verb. alcius de re iud. Rota in Ferrar. reintegratationis 26. Januarii 1693. §. ab his, cor. Me; Nec de validitate occasio dubitandi contingit; Iustitia vero comprobatur ex decisionibus, quae illas de morte praecesserunt.

Non relevantibus duabus exceptionibus, quibus Informantes pro Hospitali adhaerebant, incapacitatis scilicet Co. Caesaris Alexandri succedendi in bonis Eleonorae matris, ob bannum capitale cum confiscatione bonorum, quod in Urbe, ipse, & Vincentius frater passus fuerant, ita ut Comitissa Clementia, uti illius pro medietate haeres ab intestato nullum jus habere posset in dicta hereditate materna, quae stante banno praedicto fratri requirit non fuerat, ex Altograd. conf. 98. num. 34. Ciardin. controverf. 161. à num. 25. Tum & incapacitatis ejusdemmet Comitissae succedendi, stante renunciatione ab ipsa facta, & resultante, vel ex transatione anni 1670. cum Vincentio altero fratre stipulata, vel ex acceptatione legati sibi à dicto Vincentio facti pro toto eo, quod ab ejus hereditate pretendere posset, unde extincta penitus in ipsa remaneret quaevis actio quidquam à fraterna hereditate exigendi, ex traditis per Camerell. de legat. lib. 3. qu. 3. punct. 2. num. 3. fol. mibi 760. Cysiac. controverf. 128. num. 72. & seg. Rota cor. Cerro decif. 36. num. 35. & cor. Priol. decif. 174. num. 13.

Neutram enim exceptionem attendendam DD. existimantur; non primam, quoniam licet Caesare capitale bannum passus fuerit, non inde tamen evasit incapax succedendi Matri, five quia Banniti nostri temporis ex simpliciter Banno Testamenti factionem activam, nec passivam amittunt, cum ipsi perdant tantum Jura Civitatis praevientia ex lege municipalis, non autem Jura sibi competentia de jure communi, Marant. in l. i. potest nu. 119. ff. de acquir. heredit. Alexand. conf. 26. num. 2. lib. 1. Farinac. qu. 102. num. 76. Michalor. de fratribus par. 3. c. 17. num. 13. 14. Gratian. discept. forens. 462. num. 14. 15. & fuit dictum in Voto primo post decif. Rembold. num. 328. & sequentibus.

Sive quia cum sententia lata fuerit in contumaciam, & Caesare jure succedendi ab intestato Matri privatus non remansit, cum tali causa sententia tribuatur potius contumaciae, quam delicto, de quo contumax imputatur, Berro. conf. 8. per tot. lib. 2. ubi in terminis Statuti Bononiae rubric. de punit. homicid. lib. 5. ibique Monteret. lit. D. Ciardin. controverf. Jur. lib. 2. cap. 161. num. 73. & seg. R. P. D. in l. cum Avus lib. 5. cap. 10. num. 23. & seg. de condit. & demonftr. Peregr. de Jur. Fidei. lib. 3. tit. 2. num. 9. Barry de success. lib. 1. tit. 7. num. 23. Gall. cod. tract. par. 2. tit. 3. except. 10. num. 32. Rota coram Seraph. decif. 354. num. 16. & post Farinac. decif. 175. num. 1. & in rec. dec. 449. num. 7. par. 6. & dec. 625. n. 5. par. 3. & admittunt etiam Altograd. d. conf. 98. num. 69. & Ciardin. d. cont. 161. n. 51. ceterisque contrariae Sententiae Sectatores.

Sive tandem quia incapacitas succedendi non fuisset per Caesarem incurra ex sola contumacialis sententia, non subsequuta actuali apprehensione, seu incorporatione bonorum, ex firmatis in Faventina successione 11. Martii 1689. §. Non refragante cor. Reverend. Mediolan. & in tertia decisionis Causae 22. Junii 1693. §. Denique, coram R. P. D. Molines.

Non refragantibus Constitutionibus Apostolicis mandantibus Homicidas, & Bannitos successiones effici incapaces, cum illae intelligi debeant de condemnatis propter Decif. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

delictum, non autem propter contumaciam, & de Bannitis cum sequuta incorporatione bonorum, Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 2. quest. 75. num. 10. Rota coram Pamph. decif. 289. num. 13. & in recent. decif. 625. num. 5. & seg. par. 3.

Et revera Caesarem Alexandrum successibilem fuisse, agnovit & implevit Vincentius frater Hospitalis Auctor, qui se plures illius haereditate nominavit, quod non fecisset si eum incapacem utriusque successione reputasset, ac proinde non potest hodie idem Hospitalis Caesaris incapacitatem allegare, quia hoc esset factum sui Auctoris impugnatione, quod permissum non est, vulgata l. cum à Matre, C. de rei vindic.

Ceterum data etiam incapacitate Caesaris succedendi Matri, non inde Hospitalis Victoriam consecui posset, cum exceptione, quia ipse Caesarem repellere conatur, exclusus quoque remansisset, & ipse Vincentius illius Auctor, qui una cum fratre eandem Banni poenam passus fuerat, ideoque successio in haereditate materna devoluta remansisset favore Clementinae in defuncto mafculorum ex utroque jure, communi scilicet, & statuto ad eandem intellectam successione invitata; Marcambur. 12 ab Arguill. conf. 83. num. 196. & 198. Bellon. de Jur. accretion. cap. 6. quest. 46. n. 23. & 31. & firmat d. decif. R. P. D. Molines §. Praterca.

Nec tali casu prodesset restitutio in gratiam per Vincentium post mortem Matris à Principe obtentam, à qua restitutum quoque fuisse à Jura successione crederetur, modernus Episcopus Iclan. disp. 71. num. 2. Rota coram Cavaler. decif. 255. numer. 1. & seg. & coram Merlin. decif. 125. num. 1. 2. & decif. 25. numer. 4. & 6. par. 18. recent. Quoniam cum gratia praedicta, vel non fuerit plenaria, utpote restricta ad Jura tantum personalia, gradus scilicet, & honores, ipsum jurare nequitiam potuit quoad bona tertio jam quaesita, de quibus cum gratia non loquatur, ceteri non debet Principem ad etiam, Vincentium restituere voluisse in tertii praevjudicium, ex traditis per Marin. ad Reverter. decif. 487. num. 1. cum aliis congestis per Cardinalem de Luca de Regalib. decif. 148. num. 44. Neque in his terminis loquuntur doctrinae in objecto allegatae, loquentes solum in casu plenariae restitutionis in gratiam.

Vel si gratia erat plenaria, quia tamen Co. Vincentius bona materna tempore suae condemnationis nondum possideret, ad illa extendi non poterat, cum medio tempore ob illius incapacitatem Clementinae quaesita fuerint. A. 15 retin. in l. Si quis mihi bona §. 1. sub num. 3. vovf. Quia autem, ff. de acquir. heredit. Marcambur. conf. 83. n. 301. & 302. Menoch. conf. 218. n. 20. & conf. 275. num. 41. Gabriel. conf. 134. num. 49. 50. lib. 3. de Marin. ad Reverter. dec. 487. n. 1. ubi innumeratos Auctores refert, Rota decif. 515. n. 3. par. 1. divers.

Minus DD. attendendam reputant secundam exceptionem incapacitatis Co. Clementinae ob fractionem anni 1670. cum Vincentio fratre unitam, & acceptationem Legati; Transactio enim uti restricta ad praetentiones quas ipsa habebat super bonis Vincentii trahi nequit ad Jura sibi competentia in haereditate Caesaris, quae inter bona Vincentii connumerari non poterat, ut ponderatis verbis - e sui boni tradit Berro. conf. 134. n. 17. vol. 2. Ruin. conf. 79. n. 8. vol. 2. nec ex sui natura renunciatio, ad favorem fratris stipulata completitur bona alterius fratris, etiam si proveniant à Paterna, vel Materna hereditate, nisi de illis specialis mentio fiat ad tradita per Donad. de Renunc. c. 5. n. 25. tom. 1. Afflic. dec. 128. n. 4. Rot. post Torr. de paci. futur. success. decif. 166. nu. 1. & cor. Dunozeo. Jun. dec. 253. n. 3. 4. & dec. 144. n. 16. par. 8. rec.

Semperque valida erit responsio quod renunciatio praedicta utpote temporalis, idest ad vitam Vincentii, prodesse non poterit Haeredi, quia morte ipsius expiravit, Rota 18 coram Merlin. dec. 664. nu. 39. vovf. vel quando donatio repetit. par. 7. rec. dec. 9.

Acceptatio vero legati à Vincentio facti pro toto eo quod Clementia ab ejus Haereditate pretendere posset, illam quidem repellit à quacumque praetentione contra legatium Haereditatem, non tamen extinguit iustam praetentionem succedendi ab intestato in medietate haereditatis Maternae Caesaris obventae, quae cum distincta omnino esset à bonis, & haereditate Vincentii, inferri non potest Clementinae eidem renunciatae, legatum praedictum acceptando per 19

Test. in f. Titius, ff. de legat. 3. Dec. conf. 425. n. 15. vers. & illa prima prohibito, Altogr. conf. 68. num. 8. §. lib. 1. & comprobant deff. Cause cor. R. P. D. meo Muto, quas refert decisio R. P. D. mei Molines 22. Junii 1693. §. Prout neque, quo optime respondit objecto quod hæreditas Cæsaris per aditionem Vincentii fuerit effecta unicuique patrimonio cum istius hæreditate, ut in §. Non obstantibus. Et ita utraque parte audita resolutum fuit &c.

R. P. D. URSINO.

Veliterna Successionis.

Lun. 25. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Nepotes mediante representatione Personæ Parentis evadunt in æquali gradu successibili cum Avunculo. Statutum fœminarum exclusivum loquens de Hæreditate Ascendentium, & fratrum non se extendit ad Hæreditatem fororis.

SUMMARIUM.

- 1 Nepotes mediante representatione Personæ parentis evadunt in æquali gradu successibili cum Avunculo. & cum eodem in stirpe ad hæreditatem admittuntur.
2 Succedentibus ab intestato datur Immissio, ex interdicto quorum bonorum.
3 Statutum fœminarum exclusivum loquens de Hæreditate Ascendentium, & fratrum non se extendit ad hæreditatem fororis.
4 Statutum fœminarum exclusivum est Juris correctivum.
5 Et propterea strictè est interpretandum.
6 Ad effectum extendendi de persona ad personam rationem expressè scriptam in statuto exorbitanti, & correctorio requiritur copulativus concursus identitatis rationis tam respectu Personæ excludentis, & exclusæ, quam quoad Hæreditatem, & Bona à quibus excluderet statutum.
7 Non militat eadem ratio in exclusione ab Hæreditate fratris que militat in Hæreditate sororis, & n. 8.
8 Res alienari prohibita semel effecta alienabilis transit etiam in alias Personas prohibitas absque onere revertendi ad familiam alienantium.
9 Statutum Urbis habet locum in civitate Veliterna, ut potè existente in districtu.
11 Frater dotem forori constituens si pretereat illam ad se reverti debere vigore statuti Urbis probare debet dotem de proprio constituisse, cum alius ad effectum excludendi reversionem presumeretur constituta tanquam hæres Patris, & de bonis paternis, & n. 12.

DECISIO XXVI.

Concurrentibus ad intestatam Successionem Bonorum Euphrasie sine Prole defunctæ, tribus filiis Francis, totidemque aliis Apolloniae illius premortuarum Sororum, obtentaque per eos in Tribunali A. C. Immissioe pro duabus ex quatuor partibus hæreditariis adversus Joannem Baptistam Avunculum, & Catharinam Materteram; Isti Causam Appellationis mihi dirigi curarunt: Undè Iudicium Commissioni conforme DD. meis disputandum proposui. An sit dandanda Immissio, & affirmativa prodit resolutio.

Siquidem attenta dispositione juris communis luculenter apparuit Iustitia, quam sovent Acores, cum enim Euphrasia ab intestato defecisset, successio aperta fuit in eius Bonis, non solum ad favorem Jo: Baptistæ, & Catharinæ superventium, sed etiam ad favorem filiorum ex Francico, & Apollonia aliis Sororibus prædefunctis, qui veluti representantes eorum Matres evadunt in æquali gradu successibili cum præfatis Avunculo, & Matertera, & cum eisdem in stirpe ad hæreditatem admittuntur tantam scilicet Bonorum quotam in futurum sequentibus quam qualibet eorum Mater si viveret accepisset, juxta Text. in Auth. Cessante C. de legit. hered. Cyriac. contr. 291.

num. 1. Rota coram Buratt. deff. 309. num. 1. cum aliis in Romana, seu Firmiana Successionis 28. Februarii 1695. §. Clarum quippe cor. R. P. D. meo Molines, & in altera Confirmatoria 16. Januarii currentis anni, in principio cor. R. P. D. meo Priolo. Undè pro duabus ex quatuor partibus hæreditariis Immissio concedenda venit dictis Adoribus ex Interdicto, quorum bonorum, quo regulariter succedentibus ab intestato succurrunt, adversus Possidentem pro hærede, l. 1. & toto titulo ff. C. quorum Bonorum, Rota cor. Buratto præcitata deff. 309. n. 2. cum cæteris relatis in Romana Hæreditatis 27. Januarii 1696. §. Ratio sic decidendi cor. R. P. D. meo Pio.

Neque visum fuit obstat posse Statutum Veliternum cap. 2. lib. 2. pro Conservatione Agnationis excludens in favorem masculinorum feminas dotatas, seu dotandas, super quo scribentes pro reis conventis potissimum insistebant, quoniam cum talis exclusio legatur restricta ad Hæreditatem Ascendentium, & Fratrum extendi nequit ad Hæreditatem Sororis, quæ quidquid esset in casibus juris communis non adversantibus, in quibus terminis procedit textus, qui allegabatur in l. Lucius Titius §. quæstus ff. de legat. 3. sub nomine Fratrum in subjecta materia Statuti Correctorii, & exorbitantis nequam continetur, prout rem egregiè per principia dispungendo ex pluribus Auctoritatibus ad id cumulatis magistratraliter firmavit Rota cor. Merlin. deff. 471. per tot. repetit. in dec. 388. par. 5. quam sequitur, itidemque per extensum refert Donat. Anton. de Marin. quoad resolut. lib. 2. cap. 12. n. 6. Rocch. select. cap. 37. n. 20. lib. 1. Cardinalis de Luca in Supplem. part. 3. tit. de success. ab intestato, disc. 45. num. 11. Statutum enim prædictum tanquam Juris Correctorium super eo, quod à Successione in Bonis Fratris defuncti, excludit Sororem, quæ alioquin cum cæteris fratribus pro virili ad eandem hæreditatem concurreret ad litteram Textus in §. Si igitur il 2. Auth. de hered. ab intestato ven. Audent. post Fratres Cod. de legit. hered. extensivam interpretationem de Casu ad Casum non patitur, neque trahitur de persona ad personam, sed ad limites verborum intelligi debet, quamvis pro maintenance Agnationis cognitum dignoscatur, Andreol. contror. 38. num. 5. & seqq. Conciol. alleg. 71. nu. 27. Rota cor. Duno. Jun. deff. 557. n. 22. & in rec. deff. 342. n. 5. & seqq. par. 3. & deff. 46. n. 11. par. 14. & deff. 360. n. 22. 23. par. 17. & in puncto cor. Merlin. cit. deff. 47. n. 29.

Minusque juvat replicatio, quod in hoc Statuto adfit ratio ipsius aperte scripta conservandi scilicet Agnationem, & Descendentes in Familiis, & proinde, quia talis Causa finalis videtur æqualiter vigere posse in Hæreditate Fratris, & Sororis, Statutum præfatum licet feminas nominatim excludat à Successione in Bonis fratris, attamen virtualiter id disponere in Hæreditate Sororis interpretetur, non per viam extensionis, sed per modum comprehensionis Casus subalteri ad instar generis, quod scilicet omnes species sub se complectitur, ita ratio inibi scripta cæteros casus, super quibus identicè militat comprehendat.

Et enim Domini ad objecti remotionem præmissa originali Theorica, quoad effectum extendendi de persona ad personam rationem expressè scriptam in Statuto exorbitanti, & Correctorio requiritur copulativus Concursus identitatis rationis, tam respectu personæ excludentis, & exclusæ quam quoad Hæreditatem, & Bona, à quibus excludere Statutum proponit sine ullo legali discrimine inter Casum, & Casum, juxta notata à Conciolo ad Statut. Eygubini in præclud. num. 132. ubi concordantes, & à Rota in laudata deff. 471. cor. Merlino, animadvertent in themate eandem rationem identicè militentem in hæreditate fratris, non urgere quoad hæreditatem Sororis, tam inspecta qualitate, & circumstantiis personæ, quam attenta natura Bonorum.

Et quidem ex qualitate personæ, quæ votum conservandæ Agnationis pro Causa finali à Statuentibus contemplandæ æqualiter: non se habet respectu Sororis quemadmodum viget in fratre, si enim frater decedit per quam jam conservabatur familia Statutum ita interpretando affectionem defuncti erga personas succedentes noluist, ut Bona, quibus meritis honor, & dignitas familie splendebat pervenirent ad Feminas, sed illa aliis fratribus superviventibus relevaretur quasi eodem officio fungebantur. Hæc autem ratio non aptatur in Sorore præmorta nupta in

R. P. D. HERVAULT.

Bononiensis Ususfructus seu Renunciacionis.

Lun. 3. Decembris 1685.

ARGUMENTUM.

Renunciatio facta ex causa ingressus in religionem latè est interpretanda, & præsumitur realis non personalis, omnia bona includit si de probabili Renunciantis mente constet, licet in renunciacione notarius aream fecerit bonorum dinumerationem in contractu. Si renunciarius Personam reintegrat Renunciantis renunciatio in consideratione non habetur, quid autem adhuc effectum requiratur enucleat præsens decisio ad casum Dife. IV. Card. de Luc. de Renuc. & disc. XIV. de success. ab intest.

SUMMARIUM.

- 1 Per renunciacionem factam ex causa ingressus in Religionem renunciarius habetur ac si esset mortuus.
2 Preces porrectæ ordinario ad effectum obtinendi licentiam faciendi renunciacionem valent declarare dubiam Partium dispositionem in renunciacione emissam.
3 Si in Preclibus data fuerit facultas certa bona renunciandi, & Preces in ipso Contractu renunciacionis inserantur nulli dubium est quin Patres habuerint intentionem prædicta bona in renunciacione comprehendendi.
4 Verba ampla que nullam pati possunt restrictionem nisi cum vestri sermonis lesione etiam ultra expressa porriguntur.
5 In renunciacione si adsint generalia verba omnium comprehensiva enumeratio certarum specterum usque potè provenire solita ex inutilibus notariarum cautelis alius amplitudinem non restringitur.
6 Renunciatio emanata ex causa ingressus in Religionem ex verisimili mente Renunciantis latius est interpretanda.
7 Renunciatio omnia ob ingressum in Religionem semper realis censenda est.
8 Renunciatio facta alicui stipulanti pro se, hæreditibus, & successoribus quibuscumque dicitur regulari.
9 Renunciatio ex dispositione Renunciantis tantum circumducta censetur, effectusque omnes, qui illam consequuntur sunt irriti, cum inter utramque adei incompatibilitas ex qua patet de Disponentis voluntate abrogandi renunciacionem.
10 Nulla est faciendi interpretatio pro renunciacionis remissione, & Renunciantis reintegracione si oritur ex ea effectus omnino oppositus menti Testantis.

DECISIO XXVII.

Per geminam sententiam vigore Statuti Bononiensis vim rei judicate habentem definitum fuerat Laudomia non debere usumfructum eidem relictum à Joanne Rugerio filio, cum hujus bona subjecta dicerentur antiquo fideicommissio Antonii de Ghisellis in totum purificato favore Mariæ Candidæ germanæ sororis Testantis, donec naturaliter vixerit, Causa deinceps in gradu refectionis in integrum ad Rotam devoluta, inihique commissa, disceptandum hodie, proposui dubium: An constet de dubio, vel potius Laudomia debeat dictus ususfructus, & pro qua rata, pro cuius resolutione.

Domini attenta injustitia sententiarum, quæ nunquam finit locum esse statuto de duabus, ut ait Rota coram Eminentiss. Cerro dec. 913. n. 3. responderunt non constare de duabus, & illi deberi usumfructum trium ex quinque partibus bonorum, de quibus agitur; duæ namque partes jure institutionis illi relicte fuerunt à Joanne Rugerio, qui institutus in proprietate filius ex Olympia sorore natus, & unversæ suæ hereditatis usumfructum in quinque partes divisit, quarum una dumtaxat assignata Mariæ Candidæ, alias quatuor pro virili distribuit Laudomia, & Olympia, altera verò quinta pars debetur ob mortem Olympie, cui virtute reciprocæ substitutionis inter easdem usufructuarias à